



EPITHALAMIA  
IN NUPTIAS

*Viri pietate & doctrina ornatissimi,*

**Dn. DANIELIS VVAL-**  
**STORPII JUNIORIS,**  
in ludo Desfaviensi Con-  
rectoris, SPONSI.

&

*Virginis honestissima*

**M A R I Æ,**

*Viri humanissimi nec non doctissimi,*  
**Dn. CHRISTOPHORI BREDICOVII**  
*p.m. Scholæ olim Servestane Collegæ, relicta*  
*filia, SPONSÆ.*

Scripta ab amicis & cognatis.

ἑτερονυμερομνηστικον.

Aprilis LVX post ter-sena Mnas Clt Vr orbe  
Sexta, IVgl eCCe noVI VInCVLa sponse sVbls.

SERVESTÆ, MCCCCLLXXV<sup>35</sup>

Typis Zachariæ Dorfferi.



Dr. DANIEL IS VVALE  
220  
M. A. H. I. E.  
SERIESTE  
Tous Zeichen De





Ad virum pietate & doctrina  
præditum,

Dn. DANIELEM VVALSTORPIUM,  
SPONSVM.

**T**IMOTHEUM laudat Tarsensis Apostolus, atq;  
Huic bona promittit, quæ sine fine manent:  
Cœlica divini studuit quòd dogmata Verbi,  
Sedulus à teneris imbibere unguiculis.  
Timothei exemplo, à teneris tu, DANIEL, annis,  
Literulas verà cum pietate colis.  
Nunc etiam instillas pueris elementa tenellis,  
Sicq; studes patriæ commodus esse tuæ.  
In tenui labor: at merces non parva, favorem,  
Ob tenue officium, promeruisse DEI,  
Qui tibi, pro studio, persolvens grande Minerval,  
Consortem socii donat habere tori,  
Quicum venturos te exolvere molliter annos,  
Et te saepe novo crescere honore, precor.

M. Joh. Theopoldus.

A 2

Vo.



VOTUM NU-  
PTIALE.

**M**Os aliis pretio thalami nova sacra beare,  
Sit mihi fas eadem sacra beare prece.  
Nam prece, non pretio superum placabile Numen,  
Pondus inest precibus, nil pretiosa valent.  
Dii thalamo quondam Graiis sunt quinque dicati,  
Suada, Jovis Numen, Juno, Diana, Venus.  
Hic Hymenæus erat: Sponso Sponsæque favete  
Suada, Jovis Numen, Juno, Diana, Venus.  
Nil mihi fictitiis Grajūm cum diisque deabusque,  
Haud fas cum donis multiplicare deos.  
Numen adest unum thalamis, At munera quinque,  
Gratia, Amor, Soboles, Lætitiæ, Pietas.  
Hic Hymenæus erit: Sponso Sponsæque favete  
Gratia, Amor, Soboles, Lætitiæ, Pietas.

Petrus Schumanus Ecclesiæ Dessanæ  
Minister, in gratiam Sponsi  
Scholæ ibidem Con-  
rectoris.

Avā



Ανακαλυπτήριον

Τῷ νυμφίῳ ἢ τῇ νύμφῃ προσενηχθέν·  
τὸ τῶν παλαιῶν προσφώνημα.  
ἔφυγον κακὸν, εὖρον ἄμφνον.



Αἰνυμένοισι γάμον ποτὲ ἰμερθέντα ἀχαιοῖσι  
παῖσι, ἔφυγον τὸ κακὸν, εὖρον ἄμφνον, ἔφη.  
Νημερτέως ἔφυγες τὸ κακὸν, καὶ εὖρες ἄμφνον.  
Ὅς λάβες ἀνδρῶν δεσμὰ βίοιο, γάμον.

*Stobaeus*

Ὅστις ἐλιπλανέεοσι κακῶ κόσμοιο ἀέλλης  
ἀντιάσας, νῆα προσπέλασας λιμένι.  
Ὅστις ἀμαιμακέτοισι δαμῆς βίοτιο πόνοισι  
γυβοῶρων πρέφρων εὖρες ἀκετμα πόνων.  
Ὅς παῖδ' ἄβελέεοσι τυπῆς αἰνοῖο κυθήρης  
χαλκοτύπῃ ἐχέφρον τραύματ' εὖρες ἀκ'.

M. Marcus Fridericus  
Vendelinus Rector.



VOTUM NUPTIALE.

**F**ata regunt vitam, fato connubia fiunt:  
Nec plus fata tamen, quam pia vota valent.

A 3 Ergo



*Ergò tibi, longè pulso cacodæmonis astu,  
Sit, DANIEL, felix ut torus iste, precor.  
Vivito cum sponsa multos feliciter annos,  
In laudem & cedant omnia vestra DEI.  
Quod fiet, si vox animum divina gubernet,  
Et manuum ardentem, cum prece, fiat opus.*

Οὐδέ τι ποιήσεις τῶσδε γενετῆρι, Φίλωτε  
Ἡδίων ὑμετέρῳ, ὅς τάδε νυκτὶ γράφει,  
Ἡ μετέπειτα εἰάν παρέχῃς, ὡς πρόσθε, σεαυτὸν  
Τῆσγε ᾠδαινέσεως μνήμον' ἕως κε βιοῖς.

Ἰωαν. Δρακ. ὁ γέρον.



*Ad Ornatissimum & doctissimum Dn. DANIE-  
LEM VVALSTORPIVM Scholæ Dessanæ  
Conrectorem.*

**S**I quid es, ô Fortuna, quid es? non es Dea; summus  
Nam Deus est unus, qui regit astra poli.  
Fortunâ nobis nihil accidit, omnia fiunt,  
Seu bona seu mala sint, prospiciente Deo;  
Is namq; haud visos vinclo perfæpe iugali  
Nectit, & occulto pectora fune ligat;

Exem-

Exemplo est sponfus, patriæ non degener artis,  
Qui postquam faciem, casta M A R I A, tuam  
Vidit, mox visam petiit, potiturq; petitâ,  
Forte haud fortunâ, ast prospiciente D E O.  
Si mihi de Sponso hoc, tacita quæ mente revolvo,  
Ludere quis charta liberiore daret!  
Hic comes antiquus, primis hic junctus ab annis,  
Ingenio mores æquiparante placet.  
Vive diu felix, Sponse, & complectere sponsam,  
Dulcis in amborum pectore crescat amor:  
Quodq; sacrum foedus subiistis jam auspice Christo,  
Conturbent falsis nubila nulla dolis.

*M. Johannes Coppenius.*



**N**ON facile est puram sociâ sine ducere vitam:  
Non Sathane insidiis vita soluta caret.  
Hanc Deus ipse bonam clara dum voce negabat,  
Sanxit opus casti connubiale thori.  
Autorem quod tu sequeris, collega colende,  
Ordinis hujus, erit paxq; salusq; tibi.

*Fortu-*

Fortunam adversam superato fide & prece, quodvis  
Impositum placidè discito ferre jugum.  
Rebus in infestis semper sperato secundas:  
Quodq; negat presens, hoc dabit hora sequens.  
Vive diu felix: cœlestis gratia semper  
Omni parte tua splendeat ipsa domus.

Paulus Fresius Rector Scholæ  
Dessaviensis.



Humanissimo & doctissimo Viro

DR. DANIELI VVALSTORPIO  
Juniori, Nuptias celebraturo, &c.

**Q**ui sponsus vivit vitam, vitamq; mariti  
Quid faciat, possit sponsus ut esse bonus,  
*Ælius* hoc mirus præscribit mysta *Donatus*  
DIC, DUC, FAC, FER, eris sponsus & ipse bonus:  
DIC adamantéo nexu constringit amantes;  
Hos verò nexus solvere mortis opus:

*duc longā stabili & multā ferre vitam; DUC*  
*longamq; quæ casti notū amoris alit. FER*

Fac votis instando, legendo, docendo, monendo  
Sedulus, officium quæ facienda monet.  
FER tolerare docet fortem constantius omnem,  
Turbo licet turbet nube, dolore, domum:  
Vivere vis Sponsi, *Daniel*, vitam atq; mariti,  
DIC, DUC, FAC, & FER; sponsus erisq; bonus:  
Sed faustè ut DICAS, DUCAS, FACIASq;, FERASq;,  
Apprecor, hæc animi vota precesq; mei.

*Abrahamus Theopoldus Servestanus.*

**G** Audia Melpomene nova dum celebramus adesto,  
Concipit en thalamos femina virq; novos.  
Adsis, sancte pudor, casti moderator amoris,  
Te sine non ullum suscipiamus opus.  
Tu verò, lascive puer, scelerate Cupido,  
Immani jaculans tela proterva manu:  
Ocyus hinc discede, procul proculito, profane,  
Castis tu flammis atq; pudore cares.  
Salvete, ò sacrum par (nam gratabor) amantum,  
Auspice quos castus Numine neçtit amor.  
Gaudete ò, munusq; DEI reverenter habete,  
En DEUS hoc vestrum ritè secundet opus.  
Ite, patent nunc templa, Deo parete vocanti,  
Supplice nunc aras corde tenete sacras.

B

Jun-

*Jungite concordēs dextrās, & jungite mentes,  
Auspiciū fausti sumite dulce tori.  
Sponsē uove, dextramq; tene, tibi ducitur uxor,  
Ingenuis animi condecorata bonis.  
Illa tuas curas suavi sermone leuabit,  
Illa adimet cordis vulnera nota tui.  
Obsequiumq; tibi præstabit in omnibus æquum,  
Hoc uerè & fide conjugis officium.  
Sponsē tibi gaude, uotum benè cedat amorq;  
Conjuge nil castâ pulcrius esse potest.  
Virgo datur simplex, formosa, pudica, uenusta,  
Quæ pia, curanda quæ studiosa domus.  
Sponsa, tibi gaude cedat bene pactio tædæ,  
Conjuge nil fido dignius esse potest.  
Disce placere tuo Domino, obseruare maritum,  
Hic tibi qui placeat, solus & unus erit.  
Fidus amor nectat, nexos uos gratia firmet,  
Diligat ille suam: diligat illa suum.  
Nec, nisi mors, dulces olim dirumpat amores,  
Sentiât officium tardior umbra piū.*

Joannes Wulcovius Serv. Anh.

---

**E** Rgo, V Valstorpi, decantet carmine tædas,  
Ceu decet & fas est, nostra Thalia tuas.

Nam

Nam, eum te semper fuerim complexus amore  
Sincero, nec te jam simulanter amem;  
Heu scelus heu quantū patraret Musa, (quod absit)  
Nī ferret thalamo carmina digna tuo?  
Ast quamvis minimè laudata melismata fingat,  
Nec cantet, veluti docta corona, melos:  
Attamen exultans minimè sua gaudia differt,  
Quòd te florentem tanto in honore videt:  
Dum, postquam varios subiisti rite labores,  
Ut posses Clario semper inesse choro,  
Hos compensarint tibi prospera fata labores,  
Ut Correctoris munus honore geras:  
Et majora tibi jam præmia dentur, ut ipse  
Optati celebres festa beata tori.  
Ergo tuas animo celebri non simplice dotes,  
Atq; precor thalamo commoda multa tuo.  
Tu modò, VValstorpi, tantis nunc utere donis,  
Et gaude sponsâ, sponse colende, tuâ.  
Turtureas ambo mentes moresq; tenete,  
Et gaude sponso, sponsa pudica, tuo.  
Sic vestras stabili junget concordia nexu  
Mentes, sic thalamum prole replebit amor.

*Jacobus Sebusanus.*

2 I V I B 2 Dum





ALIUD.

*D*um videt ingenuam sociali lege puella M  
*A*ede in sacra tibi jungi turba no ven A  
*N*on sine letitia faustissima quæq; precatu R  
*I*nceptisq; tuis tædis gratatur, alumn I  
*E*t Charitum facili doctissima carmina ven A  
*L*udunt, cõcipiuntq; preces, quæis pondera sunt su B  
*V*alstorpî egregio mihi carmine digna videt u R  
*A*c summo tua SPONSA, cui non ulla præir E  
*L*aude pudicitie formâq; puella potessi T  
*S*alve ergò DANIEL, FRATER dulcissime salu E  
*T*antâ donatus SPONSA, cœli inclute Rex fa C  
*O*ptima ut huic thalamo contingant quæq; novell O  
*R*etrocedat ãer, niveo pax candida vult V  
*P*onè thorum subeat, vobis nihil adsit iniqu I  
*I*psæ etiam dirâ quamvis exæstuet ir A  
*U*obisq; intentet sine sine pericula, Sata N  
*S*alva tamen dîo maneatis Numine turb A.

Sebastianus VValstorpîus  
S. A. Sponsi F.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







B.I.G.

Farbkarte #13



LAMIA  
 PTIAS  
 rina ornatisimi,  
 LIS VVAL=  
 UNIORIS,  
 viensi Con-  
 PONSI.

estisima  
 I Æ,  
 nec non doctisimi,  
 RI BREDICOVII  
 stane Collegæ, relicta  
 NS Æ.

s & cognatis.  
 νόσιχον.  
 MnasCItVr orbe  
 VInCVLa sponse sVbls.

STÆ, MCCCCLLXX<sup>35</sup>  
 ia Dorfferi.

